



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

De agresti exercitio, & rustico opere faciundo cap. xxix

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

in aliis omnibus, magna est semper habenda ratio ualde
 letitudinis, & decori. Genus autem exercitationis id
 erit præcipuum, deambulatio frequens, pila, saltus,
 cantus, & eiusmodi: dummodo hæc alioqui per etas-
 tem liceat, & ordini, & loco, & tempori quadrent:
 nec commisceatur eis aliquid turpitudinis. Quod
 erit sane facilius, si eiusmodi rebus honestos uiros,
 & maiores natu curauerimus interesse, quorum au-
 thoritatem uertamur. Opus uero exercitationis, uni-
 cuique uel maioris, uel minoris, uel huius, uel illius,
 pro habitudine corporis, & qualitate personarum tra-
 ctandum est. Insuper addenda quoque (si condu-
 cere uideatur) rusticatio, peregrinatio, equitatio, &
 eiusmodi. Quinetiam si loci natura ferat, & uacet
 licet tibi piscibus, uel hamo, uel reti insidiari, feras
 laqueis capere uolucres uisco fallere, uel retibus: ut ali-
 quando uel sic, uel alio quouis honesto exercitio, aut
 labore ipsum quoque diabolum fallas.

De agresti exercitio, & rustico opere fa-
 ciundo. Cap. XXIX.

Ruris quoque opera, & si plus temporis exi-
 gant, attamen in primis, siue fructus, siue ani-
 mi causa feceris, et iucunda sunt, et perutilia.
 Rus siquidem corpus alit, animum delectat, relaxat
 omnem tristitiam spiritus: et quæcunque ea cura fue-
 rit, quæ implicet mentem, facile suis studiis, exerci-
 tiisq; dissoluit. Non enim duas simul curas admit-
 tit humanus animus, sed dum unam fouet, reicit al-
 teram: et dum unius meminit alterius obliuiscitur.
 Quis non malarum, quas amor curas habet, hæc inter obli-
 uiscitur: ut ait eleganter Horatius, Vnde legimus apud
 O O iiii

DE RATIONE COERCEN, LIBID.

Ciceronem, Lelium, & Scipionem uiros clarissimos, atque sapientissimos ad deponendas grauiores curas rusticari saepe solitos, & tunc (ut ille refert) incredibiliter reuerascere, quum rus ex urbe, tanquam è uinculis, euolauissent. In rusticis quidem moribus (ut idem refert) & in uictu arido, & in horrida, & inculta uita, maleficia, qualia in urbibus, non gignuntur. Conducet ergo pudicitiae uehementer, siue ruri, siue in urbe degas, in opere agreste te seorsum à frequentia quadoque in tuo, uel agro, uel hortulo curiosius exercere: non tamen rustico, & imperitio more, & usque ad lassitudinem, sed animi causa, urbane, et placide, cum moderamine, & ratione ualitudinis usque ad sudorem: ut, iuxta illud nostri creatoris elogium, in sudore uultus tui uescaris pane. De hortulo sic perbelle Vergilius. Oblectat hortus, auocat, pascit, tenet, Animoque moesto demit languores graues, Membris uigorem reddit, & uisus capit. Refert labori plenior gratiam, Tribuit colenti multiforme gaudium. Neque enim erubescendum esse cuiquam arbitror, si callosam ex eo opere gestet manum, & sentiat inde digitorum articulos sibi aliquanto fieri duriores. Opus manuum tuarum (ut ait propheta) quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Cui nam quæso mirum uideri debet, atque haberi eo nomine indecens, uel indignum: quod agreste opus, atque olitoris officium ineundum, pro subigenda proteruia carnis dicatur, quum & olim à nostris maioribus (ut legitur in decretalibus sanctionibus) etiam præceptum fuerit, ut sacerdotes mane, expleto matutinali officio, & persoluto pensurae seruitutis, uidelicet prima, tertia, sexta, nona, & uel perara (ita ibi scribitur) exeant ad opus rurale in agrum: ut suo potius labore, quam mercatura, ullo uel alio turpi lucro comparent sibi necessaria. Legimus item in sacris literis. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. Celebratur & apud gentiles illud Apollinis à Gige tunc amplissimo terrarum rege, consulu admittit

Gen. 3.

Psal. 27.

Eccle. 7.

randum responsum: quo Aglaum Prophodium agris
 colam rege ipso adiudicauit esse multo foeliciorem: quod
 is in angustiſſimo Arcadiae angulo exiguum quidem
 agellum, sed annuo uictui large ſuppentem coleret: &
 quod ibi paruo contentus, omni depolita cura, liber, &
 abſque metu, ac moleſtia uiueret. Fuit olim profecto &
 monachorum proprium operari manibus, & inde ex
 proprio labore ſibi uictum comparare: ne domi umbratiſ-
 ſimam, ac ocioſam & ſellulariam, ut mulieres, ultam age-
 rent. Sed neque Paulus ille uas electionis erubuit apo-
 ſtolicis manibus operari, ut ex iuſto labore ſuo ſine alte-
 rius damno, uel incommodo ſibi neceſſaria prouideret.
 Quo circa tibi quoque graue eſſe non debet, uineta, fru-
 ſticetaque; uarii generis certo ordine tuis ſape manibus
 ferere: atque etiam ſuis temporibus putare, transferre: in-
 ſerere, ſepire, circumfodere, ſtercorari: ut ex iſtis tuis poſt-
 modum laboribus, ultra quod carnem domaſti, iucundos
 etiam, ac uberes capere fructus poſſis: quos tam amicis
 quam egenis liberaliter pieque; aliquando diſpartias. Hu-
 mum inſuper, ne quando uaces, quum opus fuerit, ſarci-
 ſto, & exherbato, interuallito, repurgato, fodito: areas uer-
 ſito, ſemitas diſtinguito: & cuncta denique affabre tua arte,
 & cura potius quam labore diſponito. Varia ſubinde olera,
 uel ad delectationem, uel in uſum medicaminis, uel quibus
 tuiſſe cum tuis ſalubriter, frugaliterque, ueſcaris, ex ſe-
 lectis ſeminibus omnis generis ſerito. Sit tuus iſte hortus
 lus optime cultus, iucunde ornatus, ingenioſe compoſi-
 tus: operaque; & labore ſuo ſemper uernans, ſemper irri-
 guus. Iſtic lactuca apte ſedeant, & liratum, Braſſicaque; ex
 ſeminario translata pari interuallito conſurgat, Allia quoque
 que ibi porri, coepeque; uiſcant. Serpant cucumeres, pe-
 pones, cucurbita, raphani. Adſint napi, rapa, peſtinaca,
 beta, petroſelinon, papauera, crocus, coriandrum, melli-
 ſophilos, ſeu boracum, millefolium, hyſopum, aſparagi,
 apium, anetum, ruta, ſinapis, caparis, ſi tamen, locus ferat.

4. Cor .4.

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

Menta quoque nasturcium, inula, satureia, feniculi, mentum
 bium, thimus, endiuiaque & defossa, & libera, cichorea,
 bulglossus, pimpinella, malua. Spiet istic etiam suauiter
 amaracus, serpillum, pulegium, salua, absyntium, piperi-
 tis, rosmarinus. Nec absit praeterea, faba praecoqua, &
 pisum, quod suis suffultum adminiculis frugem afferat,
 Eruca uero, & bulbi, & quicquid amicum est ueneri pro-
 cul esto: nisi forte uel opus his sit familiae, uel usui me-
 liori seruentur. Alioqui uideberis imitari attalum Philo-
 matorem, qui regio horto aconitum, & cicutam, & alias
 herbas mortiferas fertur studiosus coluisse, quam salu-
 bres. Rosas etiam, & lilia, & uiolas, & flores id genus
 mille, qui uitae nobis uanitatem demonstrant, spirare
 ibi odores suos, minime uetandum puto. Adsit quo-
 que, si placet, & Heliotropium, quod solis conspe-
 ctum sese conuertens nubilo etiam obumbrante indio-
 cet tempus, horasque diei. Exornent insuper locum
 Lauri, Mirti, Cupressi, Iuniperi, & eiusmodi arbor-
 res aspectu pulcherrimae, uel si magis placet, frugif-
 erae: qualis est arbor Punica, ac Persica, Fici, Mal-
 li, Sorba, Mespili, Pruni, zinziphi, Mala, Cotonea,
 Citrea, Pyri, Amigdali, Tuberes, Caroll, & eiusmodi.
 Ibi te Buxus quoque in uarias detunsa animalium
 effigies: atque induersarum rerum formas, & contem-
 ptum ex aliis arbusculis topiarium opus amoenam sua
 uiriditate detineat. Istinc tibi de collibus, aut in pla-
 no uineta frondeant, & praecoques uuas, & apricas
 prospertes oliuas. Haec sunt sane optima oblecta-
 menta, in quibus possumus exerceri recte, & honeste
 delectari, & fugere ocium pariterque, & tentationes
 diaboli: quas ipse nobis uacantibus perignauiam facile
 se subministrat.